



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Prolegomena sex, & duos priores libros De Necessitate Divinæ
Gratiæ Ad Honesta Opera

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1620

Illvstrissimo Domino, Et Amplissimo Algarbiorvm Qvondam Præsvli, Hodie
In Causis Fidei Pro Lvsitaniæ Regnis Svpremo Arbitro, Regis Demvm
Catholici Consiliario prudentissimo, Domino Ferdinando Martins ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94086)



ILLVSTRISSIMO DO-
MINO, ET AMPLISSIMO AL-
GARBIORVM QVONDAM PRÆSVLI, HO-
DIE IN CAVSIS FIDEI PRO LVSITANIÆ RE-
GNIS SVPREMO ARBITRO, REGIS DEMVM CA-
tholici Confiliario prudentissimo, Domino Ferdi-
nando Martins Mascaregnas

Salut. & felicit. optat.



Nter cætera, Præsul illustrissime, quæ immortalis me-
moriam, Societatisque nostræ non vulgare decus,
ac desiderium Pater Franciscus Soarius, dum in vi-
uis esset, mente versabat, & (suo dixerim testamento)
moribundus exposuit, illuderat præcipuum, ut eum,
quem iam vides inter tam multos, eximium ingenij
sui laborem apud te collocaret, non vnam ob causam;
atque illam primum, quod se suaque omnia in delitijs
te semper habuisse perspecte nouerit. Namque te olim
Conimbricensis Academiæ Rectore, & auctore
apud Regem Philippum pro viribus curatum est, ut ad Theologiæ primariam
cathedram illo vocaretur; negotiumque paulo post exitum habuit optatissimum,
cum iam ad Pontificiam Algarbiorum Sedem euectus esses, & quo demum tan-
tæ de Soario existimationis tuæ euaserint initia, consequentes anni declararunt:
ita factum, ut magnam apud illum virum gratiam, maximam apud Academiam
conciliaueris: hoc ergo elaborato munere ingrati apud te animi notam, inuidi-
diamque studuit declinare. Ad hæc, cum non multos ante annos perquam sapi-
enter meliorem huiusce argumenti partem ingenio, & calamo excolueris, non
poterat non tibi videri acceptissimum se quoque tuæ addere fortunæ, velleque
periclitari tam gloriose, si communem tecum hoc de argumento differens sub-
iret aleam. Denique cum hæc de Gratia commentationes sacrosanctæ fidei illu-
striora dogmata complectantur, quæ hoc ætatis Christianæ religionis hostes per-
summam laceffunt impietatem, non aliam plane fortiri, vel optare magis illarum
tutelam poterat Soarius, quam quæ abs te vno, supremoque per vniuersam Lusita-
niam catholicæ veritatis vindice, hæresumque vltore acerrimo obueneret.

Ita se habent, quas ad hoc in te, Præsul illustrissime, officium præstan-
dum causas nouisse Soarium intellexi, dicam, quæ me quoque impulerunt, ut
eius explerem vices, quodque in votis habuerat, exequerer, fidemque plane pol-
licitam soluerem. Enim vero parte alia, cum non eadem solum religiosissimi, sa-
pientissimi que viri viuendi ratione concluderem, sed antiqua etiam illius vterer
consuetudine, me cuicumque debitor existeret, meæque assequerentur vires, sta-

Pars I.

)(2

tui de-7

tui debitorem, quo primum die salutem ægrotantis medicorum, palam me, conuentus communi calculo deplorauit. Alia quoque ex parte cogebat me grandis illa, vniuersisque hominum ordinibus conspicua, tuorum erga Societatem nostram meritorum moles, quæ certe laborat, ac pene obruitur, vt quota illa est in tuo se rôta censeat ære, multisque nominibus deuincta fateatur. Etsi enim procliu quâdam de cunctis bene merendi voluntate donatus sis à natura, nescio quo tamen cœlesti sydere erga hanc minimam Societatem propensum maiores tui regerere. Accedit (quod millies ipse mihi gratulor) muneris illius ratio, quo sub te rerum fidei apud Lusitanos moderatore supremo, ad illud vnum impense incumbo, vt pro vniuersa tua ditione, vel impios, vel à fide alienos authores notem, in classes referam, atque etiam indicem, quo quisque in loco, aut opere (quamlibet etiam Catholicus) à Luthero circiter exorto, scripserit deprauate; & à probatis per Ecclesiam Romanam dogmatis, moribusque fortasse delirauerit, quo tuo tandem nomine, & auctoritate probatum opus in communem Christianæ Reipublicæ vtilitatem aspiciat lucem.

Hæ igitur causæ, illustrissime Præsul (quod ad me attine) effecere, vt intestatus licet, debitorque officij immemor Soarius migraret è vita, non possem, aut illius tibi deuotam, dicatamque voluntatem non perficere, aut præ te alium mihi obijcere ante oculos, cui munus hoc deferrem: quem posthumæ authoris sobolis patronum deligerem, quærerem defensorem. Etenim in eo si ex penitissima Theologia legantur documēta, Theologum te habet, quem omnis literatorum hominum manus suspectat, si Patrum scita producantur; te optat scitissimum, atque in versandis Sanctorum Patrum scriptis versatissimum; si de religione Christiana tractantur controuersia, ad te prouocat, qui earum in supremo loco præsides iudex.

Et si vero munus hoc leue pro tuis meritis videatur, suo tamen libratum pondere, nihil vereor pronunciare grauissimum; ac si vnquam, maxime in hoc certe præripuisse palmam, ac de se ipso etiam authorem triumphasse: quod ambitiose minus dictum existimabit, qui ingenium illud, illum scribendi genium, illam docendi artem, commentandique assiduitatem sit assecutus, quam denique studiose vestigauerit, euolueritque, tum quæ superioribus annis apud summum Ecclesiæ Catholicæ Præsidem, in celebri illa de auxilijs Dei controuersia gesta fuissent; tum etiam olim scripta vniuersa, quæ probatam de Gratia doctrinam continebant, quem admodum postremum huius operis prolegomenon splendide testatur. Quapropter, illustrissime Præsul, manum porrige pene regalem, obsignatum debitæ tibi obseruantia obfidem apprehende, illumque seu quo sanguinis splendore colluces, illustra: seu qua pontificia dignitate exornatus, gratia impertire, seu qua tuendæ religionis potestate præemines, tuere: seu qua denique alia scientiæ, virtutisque cœlatura venerandus conspiceris, studiosis omnibus redde fauorabilem. Vale.

*Ex minima Societate minimus, atque illustrissimæ
tue amplitudini additissimus*

Barthazar Aluarez.

AD Le-